

26

Περὶ ἀποδόσεως λογαριασμοῦ τῶν δαπανηθέντων ὑπὸ τῶν καπετάνων, διοικητῶν, πρεσβευτῶν καὶ ἄλλων ὑπαλλήλων κατὰ τὴν ὑπηρεσίαν των καὶ ἐπιστροφῆς τῶν ὑπολοίπων προκαταβληθέντων χρημάτων. 1371, Ἰανουαρίου 5.

Fo 88r

Millesimo trecentesimo LXX, die quinto Januarij.

1

Capta. Quoniam multi et multi consignant officialibus rationum quaternos expensarum factarum in capitaneijs, regiminibus suis, uel in ambaxatis suis, uel in alijs uijs, quas fecerunt. Et tamen facta summa omnium, que expenderunt seu ministrauerunt de pecunia, quam habuerunt a nosro communi, non assignant tunc pecuniam sibi restantem, set potius illam penes se retinent, nec dant illam nisi officiales nostri predicti rationum illam pecuniam petant et exigant. Et debitum sit et honestum cuicunque capitaneo, rectori, ambaxatori, nuncio et omnibus habentibus de pecunia nostri communis omnem pecuniam que sibi restat seu superabundat tam ab expensis quam ab agozijs que fecerunt illo termino, cum assignant quaternos expensarum suarum et agoziorum illo etiam termino restituere et assignare officialibus nostris predictis rationum omnem quantitatem pecunie superhabundantem; uadit pars quod huiusmodi capitanei, rectores, ambaxatores, nuncij et omnes alie persone que habuerint et ministrauerint de pecunia nostri communis quocunque modo teneantur et debeant infra xv dies postquam assignauerint quaternos expensarum et agoziorum suorum assignare et dare dictis officialibus rationum omnem et singulam quantitatem pecunie, que eis restabit et superhabundabit ab expensis et agozijs suis in pena et sub pena tantundem eius quod retinebunt et non dederint nec assignauerint ut est dictum. Uerum ut hec pars bene et peroptime obseruetur, ipsa pars ponatur et scribatur in commissionibus capitaneorum, rectorum, ambaxatorum, nunciorum ac aliorum omnium habentium commissiones et de pecunia nostri communis.

5

10

15

20

22

27

Ἀποστέλλεται εἰδικὸς τεχνίτης εἰς Χάνδακα πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ λιμένος. 1371, Φεβρουαρίου 3.

Fo 90r

Millesimo trecentesimo LXX, die III Februarij.

1

Capta. Cum portus Candide sit in periculoso statu, sicut scribunt ducha et consiliarij Crete in tantum quod necessario expedit prouideri aliter multa damna et sinistra possent occurrere nobis et nauigijs nostris; uadit pars pro bono portus quod mittatur duche et consiliarijs Crete secundum requisicionem suam una sufficiens persona, in talibus instructa, cum illa prouisione et salario quod uidebitur domino consiliarijs capitibus et sapientibus uel maiori parti; que persona deinde sit cum ducha consiliarijs et capitibus pro bono tanti facti. Quibus duche, con-

5

